



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 7. Titulus Regis Delphino a Scotis concessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

legationis intra præscriptas metas contractæ leges non liceret. Percepto Legatorum responso, ac repulsa dimittebantur, qui quantumvis ad suos redire festinarent, antequam e Galliis pedem efferrent, quatuor ex suis morte sublato amifere, iique erant Orcadensis Episcopus, Cassiliffæ, & Angusæ comites, ac Flaminius familiæ suæ Princeps, omnes summa virtute, & in patriam charitate insignes. Insuper mortui sunt plerique eorum comites non sine suspitione veneni, uti jactabatur, propinati.

## §. VII.

*Titulus Regis Delphino a Scotis concessus.*

Post hæc ceteri Legati, Glascuensis Archiepiscopus, Bathonæ Comes, ac duo alii, cum in Scotiam reversi essent, Ordinum comitia ingressi facile obtinebant, ut ab eis gesta rata haberentur: Cum autem Galliarum Rex Delphino Regis titulum attribui peteret, Franciæ Orator æque, ac Regni Administratrix hanc rem tam potenter urgebant, ut nonnullis etiam vehementissime obstantibus Gallicæ partis fautores, quorum major erat numerus, impetrarent, ut corona Delphino decerneretur. Re decisa quidam, qui eam ad Delphinum deferrent, feligebantur, iique erant  
Gile-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.

Thuan. l. 20.  
n. 609.

Sæc. XVI.  
A.C. 1558.

Gilepſicus Cambellius Argateliæ Comes, & Jacobus Reginæ frater, qui tamen cum lentius profectioem adornarent, omnia circumſpicientes ita ſuum iter diſtulerunt, ut interea Maria Angliæ Regina decederet: nihilominus decreta permanſit corona Franciſco Reginæ Scotiæ marito, qui de Patris ſui conſenſu poſtea Rex Delphinus appellatus eſt.

§. VIII.

*Colloquium Granvellani cum Cardinale Lotharingio circa Colinii cauſſam.*

Thuan. p.  
6ro.

Interea Guifii, quorum potentia indies creſcebat, unice intenti erant mediis, quibus præcipuam in Regno auctoritatem ſibi vendicarent: nec eorum conatibus ultra obſiſtebant Montmorantii; ex his enim Conneſtabilis æque, ac Colinius classi Gallicæ Præfectus in captivitate detinebantur, nec alius ſupererat, quam Andelotus iſtius frater, & perditatus Gallici Præfectus; verum & hujus exitium promovendi crebra Guifii ſeſe offerebat occaſio, qua etiam opportune uti decernebant. Equidem magna Andeloti erat apud Regem gratia, quam ei ingens illa, qua Rex illius Avunculum proſequebatur, benevolentia,